II.4.247

Facultas Concessa Patribus Societtis.

Facultas 1ma.

Notandum pr[a]esia esse compendio Privilegiorum Societtis Jesu hæc verba. Notum sit omnibus ea Privilegia quæ concessa fuerant vivæ vocis oraculo revocata esse.

1mo Confessiones audire ubivis locorum, non repugnantibus curatis Parochialium Ecclesiarum (: exceptis oppidis et locis in quibus ordinarij existunt, nisi de eorum licentia de super obtenta) et absolvere à quibusvis ~~sententijs excomunicationis, et suspensionis Apostolicæ reservatis~~ peccatis etiam sedi Apostolicæ reservatis, et à quibusvis sententijs excomunicationis, et suspensionis, et Interdicti ex illis resultantibus, exceptis ab illis, quæ continentur in Bulla Cœnæ et constitutionibus Sixti V. de symoniace promoventibus, et promotis ad ordines. (a)

2do Absolvere ab hæresi (b). A lectione Librorum Prohibitorum (c) et ijs quæ in 1mo Articulo Bullæ Cœnæ Domini continentur (d) exceptis illis, qui post hæresim semel publice v privatim abiuratam in eandem relapsi fuerant.

3tio Absolvere eos, qui bona naufragantium rapuerant iniuncta restitutione ubi et quando poterant. (e)

4to Absolvere eos sacerdotes qui contra prohibitionem Bullæ Cœnæ alios ab Hæresi absolvissent. (f)

5to Concedere usum libellorum precum in vulgari lingua qui nulla hæresis aut superstitionis labe aspersi sunt, quamvis ab hæreticis sunt editi (g)

Facultas 2da.

1mo Absolvere à quibusvis casibus et censuris etiam reservatis in Bulla Cœnæ (h). Et dispensare super irregularitatibus casus dictæ Bullæ Cœnæ sequentibus modo pœniteant, et de cætero abstinere velint. (i)

Exceptis tamen censuris et irregularitatibus in constitutione Sixti V. de symoniace promoventibus promotis ad ordines habent. (k)

2do Absolvere relapsos, qui cum habemur catholici quotiescunque in hæresim inciderint (m) nisi essent notorij hæretici et pro talibus communiter cognosceremur: eos enim (?) sane tantum licebit, et hæc omnia in foro conscientiæ tantum.

3tio (o). Concedere usum Bibliorum et controversiarum vulgari lingua, atque etiam librorum hæreticorum, qui tamen non sunt editi ad stabilienda dogmatica hæretica (p).

4to Dispensare cum ijs qui contraxerunt cum impedimento criminis qui non putarunt esse illicitum dare fidem de matrimonio contrahendo post mortem coniugis, vivente altero coniuge. (q)

5to Dispensare cum adultero Coniuge qui consanguineum v consanguineam coniugis post matrimonium consumatum carnaliter cognoverit ad petendum debitum coniugale. (r)

(a) Per Breve Pauli III in Bullario Societtis pag. 25 Confirmatum cum cæteris Privilegijs per Breve Julij III. pag. 23. et Bullas Gregorij XIII. pag. 234. 222. Gregorij XV. pag. 274. eodemque ex certa scientia, per Bullam Pauli V. pag. 303.

(b) Per Breve Julij III citato loco: Confirmatum per Bullas eorundem Pontificum, citatis locis. et pro P.P. Carmelitis per Bullam Clementis VIII apud Rodriguez tomo 2. Bullarij pag. 530. Item post resolutionem Pij V per Bullam Cœnæ vivæ vocis oraculo confirmavit Greg. XIII ubi Societtis Patres absolvere ab hæresi possunt etiam possunt ab Apostatis à Fide Gregorij XIII. 20 Januarij 1581 apud Sardis. de Fuga ad Compendium Privileg. v. Absolutio, post ~~Sexta~~ Stud.

(c) Per Bullam Pauli III. pag. 60. in Bullario Societtis pro terris infidelium et partibus remotissimis in quibus Societti concedit facultas absolvendi à casibus Bullæ Cœnæ. Item per Bullam Patribus Discalceatis concessam semel in vita et Articulo mortis et pluries quoties urget necessitas, Denique vide et Bullam etiam Julij III. per citatum breve, in quo dat facultas absolvendi ab hæresi, et ab alijs contra Fidem. Nam et lectio Librorum hæreticorum repugnat fidei cum suspectum reddat ab hæresi lectorem. Dicastillo: l. 4 trac. 17. d. 16. cum alijs. Item concessit Greg. XIII, vivæ vocis Oraculo.

(d) Per dictas Bullas Pauli III et ~~alia~~ Clementis VIII ~~ut proxime~~ Item per Oraculum Beati Pij V. die 28 Jan. 1571.

(e) Perdicta Bulla Pauli III. et alia Clementis VIII, ut proxime Item per Bullam Pauli V apud Peregrinum in 2da Parte sui compendij v. absolutio quoad seculares §. 2. in Scholijs et V. Confirmatio §. 8. apud Syrinum in const. 1. Julij 2do n. 6. tom. 1. de Privilegijs. Denique per Oraculum Gregorij XIII.

(f.) Per Bullas eorundem Pontificum, scilicet Pauli III
Clementis VIII Item vivæ vocis oraculo per Paulum V.
pro Patribus septemtrionalibus ultramontanis.

(g.) Vivæ vocis oraculo Greg. XIII septemtrional. B. Pij
V. ti in his Provincijs, & non sunt recepta vel pridem
ipso usu abolita. Sic recentior Gallobelga in Observa-
tionibus ad Parentes eiusdem Provinciæ. Et patet ex prædi-
ctis in oppositum. Videatur etiam Pater Lobatt in Experi-
entijs Sacramentalibus tract. 5. n. 61 q. 7. Bulla Pij
V apud Cherubinum tomo 2. Bullarij n. 122.

(h) Per easdem Bullas et Constitutiones Sixti IV. § 4. apud
Peyrinum tomo Imo, de quo videndus Andreas a Matre Dei C. 4
de Privil. an 128. Ubi id conceditur solum de casibus occultis
Bullæ Cœnæ conformiter ad Compendium Privileg. Absolut.
V. Concilium Tridentinum S. 3. in fine. Idem concessit
Gregorius XIII vivæ vocis oraculo.

(i). Idem qui proxime.

(l.) Sixtus V Constitut. 97. Sanctum et salutare. Tomo
2. Bullarij apud Laertium Cherubinum. Legendus etiam
Lesana tom. 1. 614 n. 5.

(m) Vivæ vocis oraculo Pius IV. pro Patribus septemtriona-
libus. Relapsi censentur qui post hæresim coram Judice
competente abiuratam, iterum in eandem incidunt ex
Responsis S. Mulij 31 Octobris 1617.

(n) Vivæ vocis oraculo Pij IV pro Patribus septemtrionalibus

(o) Compendium Privileg. V. Absolut. S. 2. in fine.

(p.) Vivæ vocis oraculo Pius IV. pro septemtrionalibus. Prohi-
bitio lectionis librorum prohibitorum in eadem in his Regionibus
usu recepta. Layman. L. 2. tractat. 1. Cap. 15. n. 8. et apud il-
lud Ferarij. Item de potestate Confessarij cap. 9. §. 8. et apud
Alexium de Privilegijs Sect. 3. C. 5. S. 2 n. 9.

(q) Vivæ vocis oraculo Greg. XIII pro septemtrionalibus
Videndus etiam Alexius Sect. 3. C. 5 n. 2. Bassaus apud
Lobatt de Sacramentis tract. 9 n. 725.

(r) Per rescriptum pro Congregatione Vallisoletana S.
Benedicti apud Rodriguez tom. 1. q. 9. Regul. 9. 68.
Articulo 2, et tom. 1. Bullarij pag. 257 pro quatuor per-
sonis cuiusvis Collegij: de quo legatur P. Lobatt in Experi-
entijs Sacramentalibus tract. 9. n. 735. Card. de Lugo
in additionibus ad Compendium Societ. J. S. V. Dispensat.